

De Ho 1517. 171

Domino Johanni Hefso Canonico Nissen si nobis charissimo.

Charissime Magister. Causam tam diuturni silentij tui crebrius admiramur, nec quomodo valeas cum tuis, qui huc Nissa nobiscum agebant, scimus, fortassis alicujus istius bella puellula amore correpti, aut effascinati ordinem hunc Ecclesiasticum posthabere incipias. Revertere, revertere et taciturnitatem hanc literis crebrioribus redime. Significavit nobis D. Dux Carolus brevi Nissam venire velle. Cupimus ut nos reddas certiores pro qua die tunc sit venturus aut ad Reichenstein, et si se accingit cum Duce Joachimo nostro in Ungariam. Salutabis istum nostro nomine. Dilem cum suis et vale. Nissa, tertia Januarij 1517.

Johannes D. G.  
Episcopus Vratislaviensis.

Venerabili Domino Johanni Hefso Canonico Nissen si de nobis sincere charissimo dilecto.

181

Auripini taciturnitatis tuae expiatione, literas tuas libenter legimus. De commigratione tua nostra tecum ferre sentimus, non probamus tamen prorogationem hanc, si diuturnior fuerit. In verem fortassis (quod sane probaretur) res dilata est. Sed de his hactenus. Mittimus aquam Buglossa pro felsissima principe, uti volebas. Commendabis nos matri et naty Duci prosertim nostro Joachim, quos nostro nomine salutabis. Scripsimus Parenti tuo, amico nostro, literas Norimbergam per Praxmum artificem nostri Dominici germanum hortamur eundem, ut equo animo ferat, quod hactenus creditam non persolverimus, rogamusque, ut capiat illud S. Vincentio jam pridem designatum pro medio quadagesimo absolutum,

Wratislaviam mittat, poteris et tū facile adhuc convenire. No-  
 rimbergam proficiscentes. Hodie inde solvant Wratislaviam iter,  
 inde ad tuas. Vale et bono animo esto. Data Nissa. 13. Januarij  
 1517.

Johannes J. P.  
 Episcopus wratislaviensis.

191

Venerabili Magistro Johanni Hesse, Canonico Nisensi  
 nobis charissimo. Johannes Turle  
 Episcopus manu propria.

Charissime Hesse; ex literis tuis evidentissime percipimus  
 tua officia et diligentias, quas sedulo nobis impendere soles, quae  
 omnia sunt nobis admodum grata. Scribimus Dominis Norim-  
 bergensibus ex consilio optimi viri parentis tui, curas, et pa-  
 ter tuis his literis urgeat, quod aut pecunia reddantur, aut in  
 go, prout nobis Volhaver pollicitus est, wratislaviam perferat.  
 Expectamus etiam ex Norimberga res illas, quas sibi pro  
 sentia nobis ordinasti, opportune obvenire, si ante  
 festum Michaelis ad nos perferretur. Non arbitrari-  
 in eo operam tuam non defuturam. Ligna pro D. Duce  
 Friderico Electore nondum congesta sunt, speramus propedi-  
 ad nos redibit, omnia habebuntur. Nos maturabimus illa  
 Wratislaviam mittere; Arbitrari nos pro conitio Prin-  
 cipum Wratislavia brevi affuturos, ubi et Nomisma pro-  
 missum aseremus. Nos nunquam tui erimus immemores.  
 Vale, data Nissa. 16. Sept. 1517. Caspar Ursing propediem  
 ad nos redibit, per hosq. Germanicam Curiam et id genus  
 otij, quod eruditioni est, invisum.

Johannes Episcopus  
 wratislaviensis.